



## **Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ**

**Talamellus, Thomas**

**Ticini Regii, 1618**

Beatissimo Patri Pavlo V. Pont. Max. Fr. Thomas August. us de Thalamello  
seruus inutilis ad pedes prostratus suppliciter petens Apost. am  
benedictionem perperuam exoptat felicitatem præsentem q[ue] ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

BEATISSIMO PATRI  
PAVLO V.  
PONT. MAX.

Fr. Thomas August. <sup>us</sup> de Thalamello seruus inutilis  
ad pedes prostratus suppliciter petens Apost. <sup>am</sup>  
benedictionem perperuam exoptat felicita-  
tem presentemq; ex animo precatur.

**I**NHUMANVS profecto, necnon ma-  
ximè ingratus haberetur ille filius, qui cer-  
nens, atq; intelligens vtriq; Parenti peri-  
culum impendens, illud pro viribus non <sup>simile</sup>  
propulsaret, eosq; tutaretur. Idcirco B. P.  
cum sis meritò omnium Christianorum  
Pater, Papa enim apud Græcos, Patrem Patrum apud nos <sup>ethimol-  
logia pa-  
pz.  
psal. 29.</sup>  
significat. Sancta verò Ecclesia Catholica mater nostra, nos  
verò filij, inter quos, Ego minimus propter veritatis viriusq;  
Imperij Pontificij maiorem perspicuitatem, arbitrans meas esse  
partes rationum arma sumere ex D. P. Aug. Patribusq; Au-  
gustinianis alijsq; quampluribus, vnà cū Psal odio habes Ec-  
clesiam malignantium, Præsens opusculum in vnum redegi,  
Rationale viriusq; Ecclesiastica potestatis nuncupatum, quod  
iure optimo sanctitati tue dicare oportunum duxi, vi Umbra  
nominis tue sanctitatis velut clypeo protectum illesum perma-  
neat, clariusq; eluceat. Paulus namq; iuxta D. P. Aug. senten- <sup>ethimol-  
logia  
Pauli.  
cap. 29.</sup>  
tiam libro de Verb. Apost. paruus, seu modicus, fortasse ratione  
humilitatis interpretatur; Burghesius à Burgo, seu Vico à quo

† 2 Vicarius



*Vicarius totius Ecclesie militantis, nedum dici merito effectus  
Vicarius max. Unde non ab re Ezechiel Aquila grandis ma-  
gnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, &  
varietate cucurrit ad libanum .i. eiusdem S. Matris Ecclesie  
militantis tulit medullam cedri .i. supremam Christi potesta-  
te. Unde Aquilam ( ut tradunt reru nature periti ) omnes aues  
timere; igitur a simili superest ut velut Aquila tandem reno-  
uetur iuuentus tua, quod Deus faxit, quo longiori temporis in-  
teruallo, velut Aquila nos ad volandum altius tanquam pul-  
los prouocare valeas. Ex psal. quoq; 148. Inimici per Draco-  
nes intellecti Dominum laudent, ex tua singulari prudentia  
perfectisq; operibus. Solent etiam Dracones prudentiam signi-  
ficare, iuxta illud Matthaei. Estote prudentes sicut serpentes,  
Draco etiam in terris serpit, natat in aquis, & volat in aere,  
ita summa potentia Pontificia vbiq; dominatur quamobrem  
potest supplicium sumere, premioq; afficere. Accipe itaq; Bea-  
tissime Pater hos qualescunque meos labores, imperfectos (fa-  
teor) & quaeso propitio respice ioculo, intelligens eosdem esse fru-  
ctus Magisterij, quod tua nunquam satis laudata benignita-  
te haud grauatius es superioribus annis mihi conferre.  
Diū Vale. Dat. Papie 12. C. Aprilis. MDCXII.*